

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Quoſa plerunque eſt mors illarum. Pars pœnæ, ſi auferantur fortes, doctores &c. Eſa. 3. v 2.

Et triftes plerunque calamitates ſequuntur, ſi illi rebus humanis eximantur, qui ſe oppofuerunt ruinæ, Ezech. 22. v 30. & 13. v. 5. At mundus hæc parum curat, ſive princeps, ſive rufticus moriatur. Sed male. Quia ſæpe propter unum Lothum parcitur toti ciuitati. Gen. 19. v. 22. Et propter decem bonos toti regioni. Gen. 28. v. 32. Propter unum Paulum feruantur in naui 276. homines Actor. 27. v. 24.

F I N I S.

T H E M A XXII:

2. Sam. 14. vers. 14.

*Omnis morimur & quæ aquæ dilabimur in terram,
quæ non reuertuntur.*

D I S P O S I T I O.

Insignis eſt hæc ſententiola, & inter illa dicta referenda, de quibus Salomon Prover. 25. v. 10. Sermo opportunus tanquam pomum aureum in patere argentea. Et Prover. 15. v. 21. Sermo oportanus admodum incundus eſt. Quamvis enim verba hæc ſint mulieris, tamen hanc laudem illa meretur, quod fuerit sapiens.

De corde autem ſapienti Salomon Proverb. 16. v. 23, refert quod loquatur prudenter, & doceat optimè. Ideoque non eſt dubium, quin hæc verba mulieris Theococitidis, quæ pro mitigando animo Daudis, ut filio Absoloni post commiſſum fratricidium reconcilietur, in medium artulit) multa poſſant docere.

Iraque occaſione praesentis funeris hanc ſententiolam explicabimus.

Primum rationem comparationis audiemus. Deinde vſum huius ſimilitudinis ostendemus.

I. Pays.

I. Aqua & terra fuerunt coniuncta, cum Deus creas-

ſet

sed illud chaos, antequam segregarentur aquæ à terra:
quod factum est (Gen. i. v. 9.) dic creationis terræ. Ideo-
que terra semper sitit & desiderat aquam, & illam deglu-
tit, vel absorbet, neque tamen, ut dicit Sapiens, vnaquam
saturatur. Proverb. 3. vers. 16.

Ita homo factus de terra: iterum in terram reuerti co-
gitur. Quicquid enim ex terra est, in terram conuertitur,
(Syr. 41. ab initio cap. in vers. Germ.) sicut omnes aquæ in
mare reuertuntur.

Nec prius saturabitur terra quam omnes illos capiat,
qui nati sunt: exceptis his quos nouissimus dies viuos de-
prehender. I. Cor. 15. v. 51. cum terra non amplius erit.

2. Altera ratio comparationis potissima est hæc, quam
ipsa Thecoitis nobis prodit, quod sicut aquam nemo
contingere potest, quominus terram petat: ita nemo est
qui effugere possit mortem: aut nullus hominis opera pre-
seruari, ne fiat terra vel tandem. Quia enim semel dictum
est in terrâ reuertis so mudi es sensu. Da hispi nichè fuit.

3. Ideoque diserte addit mulier prudens, Omnes mori-
mur. Sicut aqua, sive ea sit pluialis, sive fluvialis, sive
crassa sive decocta, sive fontana sive gelida, sive niualis si-
sive palustris, sive rapida sive stagnans, sive marina sive
medica, &c. in terram delabitur, & rimas vel meatus ter-
ræ querit ubique potest: Ita homines sive sint nobi-
les sive ignobiles, sive fortes sive debiles, sive docti sive
inducti, sive iuuenes, sive senes, sive diuites, sive paupe-
res, adde etiâ, sive boni sive mali, in terrâ reuerti coguntur.

4. Sicut autem aqua in terram delapsa, vel à terra ab
sorpta, calore Solis denuo extrahitur, & in sublime eue-
hitur magno astu, (hinc nubes & meteoræ) quod seunt
physici & rusticæ etiam: ita Sole iustitia oriente, hoc est,
cum Christus Sol iustitiae Malach. 4. vers. 2. aparuerit, in
nouissimo die omnes homines à terra marique absorptos
extraher, voce omnipotenti, & tuba archangeli, I. Thes.
4. v. 16. Joan. 5. v. 28. De hoc etiam Apoc. 20. vers. 13. Ter-
ra dabit mortuos & mare suos reddet.

I I. PARS.

II. Pars.

Nunc quæ dicta sunt hactenus ad vsum nostrum etiam breuiter accōmodanda. Quorū enim hæc omnia.

I. Primum ut discamus, Nos omnes esse mortales & tam cito posse mori, quam cito aqua potest delabi in terram. At inquis, quorū opus de his monere? Quis enim hoc nescit?

Resp. Lieet multi hoc sciant, pauci tamen sunt, qui de hoc cogitant: adeo ut necesse sit frequenter orare, doce nos esse mortales Psal. 39. v. 6 & 90. v. 12.

Et res loquitur, nos non cogitare de hoc, quod simus mortales.

Etenim qui de fine vitæ frequenter cogitat, non peccabit. Syr. 7. v. 40. At à peccatis non cessamus, prius, quam moriamur. Rom 6. v. 7.

Deinde sic terrenis inhiamus, sic corraderē tentamus opes, quasi nunquam morituri. Et sæpe quo minus itineris conficiendum, tanto plus querimus viatici: quod ipse etiam Cicerō in senibus desiderat.

Ideoque Deus in scripturæ & naturæ libro, morte semper statuit ante oculos, fingit, pingit mortis imaginem in omnibus fere creaturis, aqua, igni, aere, floribus, fæno, vestimentis à tincis consumptis, aut veterascentibus, vinbra, vento, fumo, puluere, cinere, nebulis, &c.

Sicut enim hæc omnia transirent, ita homo mortalis: vt videre est Job. 7. 9. & 13. Psal. 78. 103., 90. 102. Syr. 10. Iac. 4. Sap. 2. & infinitis pene locis aliis. Et mahlet es vns alenthalben fär die Näsen.

Itaque quoties aquam vides, super aquam, & in aquis ambulas, &c. aut quacunque occasione aquam tractas, cogita, sicut aqua iuteram delabitur: Sic & tu in terram es reuersurus, &c. vt sapra ostensum.

Hæc frequens meditatio faciet, ne tot peccatis tuam oneres conscientiam: & remedium erit contra avaritiam, inuidiam, superbiam, &c. Explica id latius.

II. Consolatio hæc morituris miserisque mortalibus non

non est minima, quod sicut omnes aquæ licet terram pertant, tamen ex terra rursus elabuntur vel in mare (ex quo exiunt omnes, & in quod omnes intrant, Ecclesiastes 1. v. 7.) vel ab æstu iolis extrahuntur: ita omnis homo, licet in terram reuersus & in terra (ut nobis quidem videtur) consumptus atque in nihilum redactus, suo tempore de terra resurget: vi omnipotentis diuinæ. Unde wird keiner dahin den bleiben.

F I N I S.

THEMA XXXIII.

2. Sam. 24. v. 11. ad. 16.

De triplici pœnarum genere à Propheta Gad proposito Davidi, & opinioni data, atque electa pestis triduanapœna eiusque electionis causa.

N O T A. Quia tota materia de Peste supra parte 1. Promptuarii, in Appendice Clavis VII. sub finem est tractata, ideoque hic plura dolui repetere. e.

Si quis autem hæc verba sigillatum tractare voluerit, & historiam præsentem paucis explicare, poterit huius loci talis esse

D I S P O S I T I O.

Daudem commendat spiritus sanctus, 1. Reg. 15. v. 5. quod fecerit rectum in oculis Domini, & non declinauerit ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus viræ suæ, excepto facto Vræ.

Quamvis igitur David fuerit vir secundum cor Dei, (Act. 13. v. 22.) tamen fuit peccator, & exprobatur illi hoc spiritus sanctius. Quam gravis propterea pœnas dederit pater ex historia 2. Sam. cap. 1. 2. & sequentibus.

Peccavit autem David etiam secunda vice satis enormiter: cum populum numerasset. Hoc vero ipsi non exprobatur, 1. quia Satan dicitur aduersus Israhel confutuisse, & incitatille Daudem.

2. Post